SOLLEMNIA SAECULARIA PRIMA

GYMNASII MITAVIENSIS

IN DIES XVI ET XVII M. JUNII A. MDCCCLXXV

CELEBRANDA

INDICUNT

DIRECTOR INSPECTOR PRAECEPTORES.

INEST

J. VOGELII

QUAESTIONUM TULLIANARUM SPECIMEN.

MITAVIAE.

TYPIS J. F. STEFFENHAGENI & FILII.

MDCCCLXXV.

Von der Censur erlaubt. Riga, den 26. Mai 1875.

Edidi, quae potui, non ut volui, sed ut me temporis angustiae coegerunt.
Cic. de orat. III 61, 228.

Quicunque in veterum scriptorum libris legendis maius studium collocaverint, eorum vix quemquam non animadvertisse arbitror, eandem vocem post brevem verborum intercapedinem a diligentissimo quoque scriptore in politissimis etiam orationis partibus ita repeti, ut vitii instar nostris fastidiis adhaerescat. Qua in re eos locos excipi volumus, in quibus talis eiusdem vocis repetitio aut studio quaesita esse videatur aut ad ingenii quandam tarditatem dicendive festinationem revocanda sit*). Nos quidem eas verborum formas examinabimus,

---

*) Consulto et cogitato eadem verba repetuntur in antithesi ornatissima Cic. Sex. Rosc. 13 (locos ex orationibus Ciceronis indicabo ascriptis paragraphis secutus editionem Kayserianam in „M. Tullii Ciceronis opera quae supersunt omnia ediderunt J. G. Baiter, C. L. Kayser. Lips. Tauchn. 1860—1869. 11 Vol."), item *tamen* vox Cic. div. Caec. 21 aut *peto* illud ib. 23. Eandem scriptoris rationem et mentem in iis locis perspicias, ubi repetita eadem vox aut pleniorem reddit orationem — Cic. div. Caec. 2 — aut graviorem — Cic. Sex. Rosc. 30 — aut magis perspicuam. Klotz, Handb. der latein. Stilistik. Lips. 1874. p. 244. 268. 297. Plura etiam exempla vocum consulto repetitarum suppeditat ille verborum usus, quam traductionem grammatici apellant, veluti Cic. Verr. IV 100: *negotii — negotium; crimine — crimine; omnibus sententiis — omnibus sententiis.* Alia eiusdem repetitionis causa inest in festinatione quadam scribentis (Cic. Lael. c. 12 in: *haec igitur lex in amicitia sanciatur* et brevi post c. 13 in: *haec igitur prima lex amicitiae sanciatur*), aut inertia ac tarditate ingenii, quam in narrationibus minus occurrere, quam in argumentationibus iisque orationis partibus, in quibus quid disseratur, consentaneum est. cf. Cic. Sex. Rosc. 55. Cumulata concedendi restringendique formarum complexio efficit, ut vocula *tamen* saepius recurrat, quoniam, quo quis minus instructus est omnibus dicendi adiumentis

est eruditio nostra terminis vehementer admonemur, ne cum in parvis acquiescere liceat, maiora capessendo periclitemur.

In Ciceronis elocutione oratoria contrariis quasi librata ponderibus nullius particulae usus est frequentior quam restringentis voculae *tamen*. Quae cum necessario referatur ad notionem concedendi, haec aut in sententiarum proxime propositarum ordine latet et ambitu vel singulari quadam voce continetur vel imperativum respicit (Verr. II 141, V 11) aut incohatam quandam enunciationis concessivae formam exhibens in abl. absol. inest sensu concessivo (Verr. I 100. II 160. III 19. Cluent. 95. Catil. I 7. Milo 7. Phil. II 64) vel in praepositione *in* c. abl. (Verr. II 14. Cluent. 3. 15. Muren. 34. Sulla 1. 81. Prov. cons. 11. 40. Milo 15. Deiot. 11. Phil. XI 1.) vel in partic. coniuncto (Verr. I 70. IV 78. Catil. III 12. Muren. 33. Sest. 58. 60. 140. 142. Milo 60. Marcell. 31. 34) aut referenda est ad plenam et iustam enunciationem concessivam his potissimum formis: 1) Coniunct. concess. — tamen. 2) Qui concess. — tamen. 3) Ut concess. — tamen. 4) Cum concess. — tamen. 5) Quamquam — tamen. 6) Etsi — tamen. 7) Tametsi — tamen. 8) Etiam si — tamen. 9) Quamvis — tamen. 10) Si (sin, quod si) — tamen.

Tabula adiuncta paragraphos indicat orationum Ciceronis, in quibus ea genera formarum concessivarum, quae modo proposuimus, exhibentur. Plenum exemplorum numerum cum non inutilem fore speramus ad explenda aut corrigenda aliquot grammaticorum praecepta, propriam ac peculiarem de enunciationibus concessivis doctrinam ne tentari quidem a nobis aperte profitemur, quippe quae cum in ceteris libris grammaticis tum subtilissimo iudicio et egregia cura exposita sit a Wicherto, Latein. Stillehre, Königsb. 1856, qui liber ad hunc diem nescio quomodo neglectus latuit. Formarum genera 1, 2, 3 pauca admodum in orationibus Ciceronis leguntur. Ac primum quidem genus: *coniunct. conc. — tamen* cum Caec. 41 et Har. resp. 19 coniunctivo additum sit *licet,* tribus tantum exemplis: Deiot. 26. Phil. I 13 V 30 confirmatur. Item *qui conc. — tamen* non crebrius quam ter, *ut conc. — tamen* quinquies tantum exhibetur. Forma 4: *cum conc. — tamen* in omnibus paene orationibus invenitur, creberrimus eius usus est in Verrinis, veluti in tertia undecies. *Quam*quam — *tamen, etsi — tamen* eiusdem fere significationis

	1. Coni. concess. — tamen.	2. Qui concess. — tamen.	3. Ut concess. — tamen.	4. Cum concess. — tamen.	5. Quamquam — tamen.	6. Etsi — t
Quinct.	—	—	—	51. 98.	—	—
Sex. Rosc.	—	—	—	62 (bis). 66. 147.	85.	—
Q. Rosc.	—	—	—	—	9.	—
Div. Caec.	—	41.	—	28.	—	—
Verr. a. pr.	—	—	—	3.	—	—
Verr. I—V.	—	IV 46. V 86.	III 206.	I 54. 74. 139. II 13. 22. 124. 179. III 13. 26. 33. 34. 46. 52. 59. 78. 99. 106. 131. IV 16. 21. 108. 122. V 6. 33. 63. 71. 79. 155.	II 70. 74. 101. III 158. 199. V 89. 92. 121.	I 82. 52. 6
Tull.	—	—	—	9.	—	—
Font.	—	—	—	32. 42.	—	38.
Caecin.	41.	—	—	22. 42. 71. 92.	—	—
Imp. Pomp.	—	—	—	—	1. 34.	—
Cluent.	—	—	103.	43. 94. 176.	49. 58.	63. 64 148. 1
Leg. agr. I—III.	—	—	—	II 12. 56. 64.	I 3. II 77.	II 49.
Rabir.	—	—	—	—	17.	1.
Catil. I—IV.	—	—	—	—	I 18. II 19. 26. 27. III 15. 17. 29.	—
Muren.	—	—	—	16. 17. 65.	20. 66.	72.
Flacc.	—	—	—	11. 29. 31. 57.	13. 87.	51.
Sull.	—	—	—	11. 12. 34.	1. 78.	90.
Arch.	—	—	—	17.	—	—
Sen.	—	—	—	37.	30.	—
Quir.	—	—	—	12.	4.	—
Dom.	—	—	—	23. 86. 107.	77. 141.	86. 1
Har. resp.	19.	—	—	28.	11. 13. 19. 32. 52.	44.
Sest.	—	—	—	36. 52. 60. 70. 129.	3. 40.	31. 37
Vatin.	—	—	—	1.	9.	1.
Cael.	—	—	29.	40.	10. 16. 71.	25.
Prov. cons.	—	—	—	—	34.	39.
Balb.	—	—	—	55.	44.	—
Pis.	—	—	—	—	29. 67. 75. 82.	51.
Planc.	—	—	—	28. 31. 89.	59.	—
Scaur.	—	—	—	41. 45.	—	—
Rab. Post.	—	—	—	—	6. 13.	—
Mil.	—	—	51.	23. 98.	2. 55.	1. 2. 1
Marcell.	—	—	—	—	—	19. 2
Ligar.	—	—	—	7.	—	—
Deiot.	26.	—	—	7. 11.	—	1. 17
Phil. I—XIV.	I 13. V 30.	—	X 20.	II 49. 64. VIII 18. 21. XI 18. XII 22.	I 10. II 35. 47. 59. 90. III 2. 4. 13. 19. IV 2. 11. V 21. 23. VI 3. VII 6. 7. 27. VIII 18. 32. IX 12. XI 3. XIII 6. 9. 15. 44	II 9. VII 1 X 15 1. 30
Fragm.	—	—	—	—	—	—

5. m — tamen.	6. Etsi — tamen.	7. Tametsi — tamen.	8. Etiam si — tamen.	9. Quamvis — tamen.	10. Si (sin, quod si) — tamen.
—	—	13.	56.	—	49. 52. 78. 80.
	—	49. 55. 56. 73. 85. 117. 123.	3.	22.	10. 102. 103.
	—	—	—	—	19. 39.
—	—	8. 11. 47.	32.	—	29(b.). 39.43.60(b.). 62
—	—	46.	56.	—	3.
4. 101. III . V 89. 92.	I 82. IV 52. 67.	I 17. 47. 86. 88. 90. 105. II 15. 21. 23. 108. III 26. 55. 129. 168. IV 33. 113. 114. 142. V 11. 45. 63. 82. 158. 173.	I 26. 95. II 145. 166. III 159. 166. (bis) 223. V 30, 36. 59.	I 39. 131.	I 2. 37. 70. 107. 110. II 15. 45. 49. 99. 117. 139. 143. 155. III 32. 91. 95. 127. 169. 176. IV 11. 91. 114. V 19. 20. 74. 148. 150. 151. 171.
—	—	5. 6. 39.	—	—	5. 36.
—	38.	—	—	—	18. 34.
—	—	2. 63. 65. 67. 94. 101.	59.	—	8. 98. 102.
	—	13. 23. 51.	13. 15. 64. 66.	—	50.
	63. 64. 76. 148. 176.	8. 31.	81. 158.	—	10. 18. 63. 103 126. 174 (bis).
77.	II 49.	—	II 30. 85. 90.	—	II 35. 77. 79. 85. 101.
	1.	—	—	—	14.
19. 26. 27. 17. 29.	—	—	—	—	I 29. II 10. 16. III 7. IV 20.
	72.	16.	—	—	8.
	51.	—	12. 24.	—	2. 24. 31. 104.
	90.	—	35.	—	25. 26. 36. 37. 61. 71. 83.
—	—	—	—	—	16. 17.
	—	—	13. 23.	—	24.
	—	—	—	—	6.
	86. 118.	—	—	—	78. 88. 122. 124. 139 143
19. 32. 52.	44.	—	—	—	2. 54.
	31. 37.	—	73. 113.	—	44. 54. 57.
	1.	—	2.	—	39.
71.	25.	27.	45.	—	—
	39.	—	1.	—	18. 35. 40. 41. 47.
	—	—	33.	—	7. 37. 38.
75. 82.	51.	—	42. 50. 62. 81.	—	18. 19. 32. 57. 81. 99.
	—	—	20.	64.	4. 5. 15. 16. 31. 32. 90.
—	—	—	—	—	5. 41. 49.
	—	—	—	—	38.
	1. 2. 13. 33.	—	14. 52. 58.	21.	54. 68. 72. 78. 83. 99.
—	19. 21.	—	—	—	—
—	—	—	21.	26.	16.
—	1. 17.	—	—	30.	9. 25. 28.
35. 47. 59. 2. 4. 13. 19. 1. V 21. 23. II 6. 7. 27. 32. IX 12. II 6. 9. 15. 44	II 9. 114. VII 1. 16. X 15. XII 1. 30.	—	I 15. V 10. 16. 35. VI 15. VIII 12. X 18. XII 26.	II 39. 68. (bis) 116. V 10. 26. XI 22.	I 10. V 8. 34. X 14. 20. XI 27. XII 17. XIII. 17. 18.
—	—	B. XIII, I, 1—4.	B. XIII, V, 3.	—	—

vix memorabile quicquam habent nisi quod *etsi — tamen* in primis orationibus: p. Quinct., Sext. Rosc., Q. Rosc., div. Caec., Verr. a. pr. nunquam legitur, in orat. p. Cluent. quinquies, postea raro tantum invenitur. *Tametsi — tamen* cum crebro usu sit in orationibus prioribus, frequentissimo in orat. p. Sex. Rosc., Verrinis, orat. p. Caecina, ab a. 66 adeo est rari exempli, ut nusquam nisi Muren. 16, Caec. 27, semel in fragmentis orationum legatur. Eadem vox *tametsi* significatione quam nunc dicunt correctiva creberrima est in orationibus Ciceronis ante a. 66 ac nescio an saepius legatur quam *etsi* et *quamquam,* quas particulas eo quo diximus sensu imprimis usurpari grammatici docent. cf. Richter ad Verr. IV 19. Reisig, Vorles. üb. latein. Sprachw., herausg. v. Haase, § 262. Nägelsbach, Latein. Stil.[3] p. 541. *Etiam si — tamen* non ita crebro Cicero admittit, in 14 orationibus ne semel quidem, in reliquis quaternorum exemplorum numerum non excedit. *Quamvis — tamen* raro legitur in orationibus nec aliter unquam nisi subsequente *quamvis* particulam coniunctivo. Unus locus Rabir. Post. 4 indicativum plsqpf. exhibet, qui tamen in iustam suspicionem venit Halmio. Ceterum *quamvis* coniunctio exceptis quattuor locis: Verr. I 39, Planc. 64, Ligar. 26, Phil. V 26 semper aut adiectivo aut adverbio aut similis significationis voci applicatur ad eamque tanquam ad aliquod adminiculum adnititur. Frequentissima est forma: *si (quod si, sin) — tamen,* quo in usu *si* condicionale vi restringentis voculae *tamen* in significationem coniunctionis concessivae vertitur. Wichert, Latein. Stil. § 160. Huius formae exempla in duabus tantum orationibus: p. Cael. et p. Marcello nulla exstant, at sena in Verr. III, p. domo, in Pison., p. Milone, septena in div. Caecil., Verr. V, Cluent., Sulla, Planc., octo in Verr. II.

Propriam orationis latinae sententiarum subtilitatem elaboratamque concinnitatem, ut sive paribus paria reddantur sive opponantur contraria, multum adiuvant particulae *ne — quidem**). Nec vero de natura ac vi voculae *ne* ulla est sententiarum varietas. Est particula primitiva negandi. Hand,

---

*) In orationibus Ciceronis earumque fragmentis particulae *ne — quidem* quadringenties sexagies octies leguntur.

Tursell. IV p. 29. Ritschl, Opusc. II 622 sq. O. Ribbeck, Beiträge zur Lehre von den latein. Partikeln. Lips. 1869 p. 12: *„**ne** ist die einzige primitive, also umfassende Partikel der Verneinung, des mannigfaltigsten Gebrauchs fähig“* et p. 14: *„ein wesentlicher grammat. Unterschied zwischen **ne** und **non** besteht ursprünglich gar nicht.“* Brix ad Plaut. Trin.[2] v. 440 et 1156. Draeger, Histor. Syntax d. latein. Sprache. Lips. 1874 p. 113. Difficilior est quaestio de origine particulae *quidem*. Atque in eiusmodi re veteres consulere grammaticos id vero est operam et oleum perdere. Neque de voce *quidem* quicquam inde eruas, nisi forte quis miras res sectaturus ea respicere vult, quae in arte O. Rhemnii Palaemonis — Gramm. lat. ex rec. H. Keilii Vol. V p. 542, 12 — ita leguntur: *„cui* (pronomini id) *ad ornatum adiecta est **em** syllaba et facit **idem**, non quia aliud significat **id** et aliud **idem**: sed **idem** ornatius dicimus. quomodo **quidam**, **dam** syllaba ad ornatum accesit, non quia aliud significat **qui** et aliud **quidam**. Sic **idem**, sic **eadem** acceperunt **dem** syllabam, non ut aliud significarent sed ut euphonia esset. Etenim studium fuit omnibus musicare latinitatem et id addere, quod in aures laberetur, id demere, quod rancidius offenderet auditum.“* Inter viros doctos recentioris memoriae Hartungius, Lehre von den Partikeln der griech. Spr. Erlang. 1832, 1833. Vol. I p. 275. 276 — *dem* suffixum cum graeco *δή*, *qui* cum *γέ* componit: sicuti in lingua graeca iudicio quodam et cognatione *γέ* et *δή* particulae consociarentur, ita in latina eadem cognatione effectum esse, ut *qui* et *dem* in unam vocem coalescerent. Quae ratio nostra aetate a linguarum inter sese comparatarum studiis profecta est, eadem multum contulit ad naturam particulae *quidem* diligentius examinandam. Palmaris vero in ea re expendenda videtur sententia Schoemanni, die Lehre von den Redetheilen. Berol. 1862. p. 189: *„Das latein. quidem entspricht nicht etymologisch, wohl aber der Bedeutung nach dem μέν, indem es wie dieses zur Hervorhebung durch Asseveration dient. Es sind in ihm der mit dem Kehllaut und der mit dem Zahnlaut beginnende Pronominalstamm vereinigt: **ce**, was auch **co** lautete (wie heutzutage italienisch **ecco** für **ecce**) mit dem die Demonstration noch lebhafter machenden Suffix i und das demonstrative **de** mit consonantischem Auslaut **dem**. **Quidem** ist also = **coïdem**, deutsch **hierda**.“* Corssen, Üb. Ausspr., Vocalism. u. Beton. der lat. Spr. Lips. 1858. 1859. II p. 148 et 282, id. Krit. Nachtr. zur latein. Formenl. Lips. 1866 p. 154 sq. — *dem*

suffixum accusativum esse dicit vocis *dies,* in quo obrigescente quasi casus forma i littera exciderit. cf. Merguet, die Entwickelung der latein. Formenbildung. Berol. 1870 p. 159. Contra Bopp, Vergl. Gramm.[2] II 142. 146. —*dem* stirpem esse pronominalem suspicatur, quam sententiam comprobare videtur Gossrau, Latein. Sprachl. p. 264. Item contra Corssenium Ribbeck, Latein. Partik. p. 4 pro certissimo affirmat in suffixo —*dem* inesse stirpem pronominis demonstrativi neque aliter Vaniček, Etymol. Wörterb. der latein. Spr. Lips. 1874 p. 70. Id. p. 26 de stirpe pronominali *ka, ki,* unde prior pars particulae *quidem* exorta sit, ut, quantum equidem video, cum Schoemanno faciant praeter Corssenium omnes.

Iam ut ad usum verborum *ne — quidem* progrediamur, illud primum constet his particulis, quae earum est origo, id effici, ut negativa sententiae pars efferatur atque alii opponatur, sive ea pars singularis quaedam est vox sive plures sive plena enunciatio, ita tamen ut extremum sit orationis membrum in serie negationum aut positarum aut cogitatarum. Ribbeck, l. l. p. 46. Vim particularum Germani reddunt verbis: *auch nicht* aut graviori negatione: *nicht einmal.* Iusta verborum *ne — quidem* collocatio ea est, ut illam orationis partem, quae maiori vi effertur, amplectantur. Quo in genere cum rationes grammaticae, id quod saepissime fit, logicas vincant, quae a dicendi consuetudine recedunt, de iis postea videbimus. Varia vero ac multiplicia sunt studia virorum doctorum in exponendo usu syntactico particularum *ne — quidem* collocata, quae enumerare omnia nec consilii nostri est nec virium. Priorum nomina congesta sunt ab Haasio n. 420 ad Reisigii Vorles. üb. latein. Sprachw. Inter eos, qui latinitatis praecepta tradiderunt, G. Wichertus usum verborum *ne — quidem* copiosissime et subtilissime exsecutus est, Nägelsbachius ne attigit quidem remissa ea cura ad grammaticos. Quorum in libris cum multa de *ne — quidem* inveniantur, quae non improbari possunt, tum plura insunt correctione et emendatione digna. Neque Handii Tursellinus, quo opere nullum ad hunc diem de particulis latinis amplius est aut doctius, in iis, quae vol. IV p. 60 sq. de verbis *ne — quidem* habet, nostrae aetatis exspectationem talium quaestionum absolvendarum sustinet. Ribbeck l. l. p. 1. Iam vero ut materia suppeteret, unde quae ad usum pertinerent verborum *ne — quidem* in elegantissimo dicendi genere optimae aetatis linguae latinae perspiciendum haurirentur, tabulam infra

adiecimus indicantem omnes eos locos orationum Tullianarum, in quibus *ne — quidem* legitur, qua in tabula componenda ut plena et cumulata esset exemplorum copia assidua nobis cura adhibita est:

Quinct. 41. 46. 49. 50. 51. 53. 53. 59. 60. 65. 69. 71. 73. 81. 85. 86. 88. 89. 89. 96. 96. (21)

Sex. Rosc. 2. 24. 33. 38. 39. 39. 46. 52. 54. 54. 59. 64. 65. 66. 72. 72. 73. 76. 78. 78. 79. 84. 94. 137. 139. 146. 152. (27)

Q. Rosc. 30. (1)

Div. Caec. 3. 16. 34. 35. 40. 44. 48. 59. 60. 70. (10)

Verr. a. pr. 6. 22. 31. 38. (4)

Verr. I 2. 6. 10. 15. 36. 47. 48. 61. 64. 72. 87. 90. 98. 111. 128. 144. 155. 158. (18)

Verr. II 4. 6. 20. 43. 57. 65. 71. 77. 78. 78. 92. 98. 106. 113. 120. 121. 122. 124. 124. 128. 136. 141. 159. 164. 178. 179. (26)

Verr. III 4. 14. 14. 23. 23. 33. 43. 48. 81. 93. 98. 109. 112. 114. 115. 120. 125. 126. 132. 134. 134. 175. 186. 187. 205. 210. 210. 212. 212. 221. 225. 225. (32)

Verr. IV 2. 2. 47. 48. 54. 71. 78. 79. 99. 99. 101. 101. 102. 143. 146. (15)

Verr. V 6. 11. 20. 21. 26. 40. 46. 46. 52. 59. 65. 69. 111. 125. 133. 163. 165. 166. 187. (19)

Tull. 48. 50. (2)

Font. 31. 37. 37. 39. 40. (5)

Caecin. 29. 37. 47. 50. 51. 53. 55. 58. 59. 59. 72. 73. 85. 92. (14)

Imp. Pomp. 17. 39. 39. 40. (4)

Cluent. 9. 13. 31. 35. 50. 67. 68. 81. 89. 93. 99. 107. 120. 126. 155. 160. 178. 178. 185. (19)

Leg. agr. I 3. 17. (2)

Leg. agr. II 18. 24. 27. 41. 47. 56. 65. 68. 78. 79. 84. (11)

Leg. agr. III (0)

Rabir. 8. 13. 30. (3)

Catil. I 25 (1)

Catil. II 4. 8. 20. 21. 28. (5)

Catil. III 24. (1)

Catil. IV 4. 19. (2)

Muren. 8. 36. 69. (3)
Flacc. 8. 74. 76. 77. (4)
Sulla 1. 6. 16. 20. 23. 25. 26. 38. 38. 50. 62. (11)
Arch. 2. 10. 11. (3)
Sen. 3. 11. 16. 17. 25. 31. (6)
Quir. 8. 11. 22. (3)
Dom. 13. 26. 47. 48. 51. 51. 58. 64. 80. 81. 82. 83. 88. 97. 105. 126. 140. (17)
Har. resp. 8. 11. 13. 24. 26. 33. 37. 37. 38. 40. 61. (11)
Sest. 20. 33. 44. 52. 54. 56. 64. 73. 79. 118. 118. 134. (12)
Vatin. 27. 35. (2)
Cael. 1. 10. 20. 23. 34. 43. 78. (7)
Prov. cons. 14. 39. 42. 42. 42. (5)
Balb. (0)
Piso 1. 11. 15. 22. 23. 23. 27. 39. 42. 55. 65. 65. 67. 68. 79. 81. 81. 83. 97. (19)
Planc. 12. 30. 40. 45. 48. 49. 53. 54. 58. 62. 66. 73. 90. (13)
Scaur. 19. 38. (2)
Rabir. Post. 36. (1)
Milo 2. 16. 30. 45. 45. 47. 48. 82. 85. 88. 99. (11)
Marcell. 14. 25. (2)
Ligar. 4. 12. 30. (3)
Deiot. 3. 17. 36. (3)
Phil. I 3. 14. 16. 23. 25. (5)
Phil. II 1. 10. 10. 17. 21. 21. 26. 27. 39. 41. 49. 54. 61. 72. 74. 96. 115. (17)
Phil. III 3. 9. 12. 14. 20. 21. 31. (7)
Phil. IV 9. (1)
Phil. V 7. 14. 24. 24. 25. 33. 33. 37. 48. (9)
Phil. VI 16. (1)
Phil. VII 15. 16. 21. (3)
Phil. VIII 5. 16. 18. 20. 21. (5)
Phil. IX (0)
Phil. X 1. 7. 11. 12. 20. (5)
Phil. XI 9. 18. 20. 23. 25. 25. 32. 32. 34. (9)
Phil. XII 4. 4. 11. 14. 16. 20. 26. 29. (8)

Phil. XIII. 13. 21. 33. 34. 43. 48. (6)
Phil. XIV. 2. 22. 23. 37. (4)
Fragm. B. VI 47. B. VIII 10. B. VIII 14 b. B. VIII 17. B. XIII, V, I. B. XIII, II, 7. B. XIII, IV, 2. C. 8, 9, 10. (8)

Quaerentibus autem quae potissimum verborum genera, quo maior iis accedat vis, *ne — quidem* vocabulis interponantur, obvia sunt *pronomina* et *adiectiva pronominalia, adiectiva, numeralia, adverbia, nomina substantiva, verba* et *verbalia,* denique ipsae *enunciationes.* Quodsi Wichertus l. l. p. 12 recte observavit, partem sententiae per *ne — quidem* oppositam plerumque esse pronomen, quoniam suffixum — *dem* cognatum esse pronominali stirpi demonstrativae supra vidimus, consentaneum est *ne — quidem* imprimis adhaerescere *pronomini demonstrativo.* Cuius generis haec exempla ex órationibus Ciceronis collegimus:

1) *Ne — quidem* amplectuntur pronomen *is.*

Quinct. 60: ne *is* quidem. Div. Caec. 35: ne quae ille q. fecit = ne *ea* q., quae ille fecit. Ib. 48: ne *is* q. Verr. I 155: ne *id* q. Verr. II 106: ne *id* q. Verr. III 112: ne *id* q. 126: ne *id* q. 205: ne *id* q. 221: ne *id* q. 225: ne *id* q. Verr. IV 143: ne quem nudus q. filius nudata provincia commoveret = ne *is* q., quem etc. 146: ne *id* q. Tull. 48: ne *id* q. Caec. 92: ne *id* q. Cluent. 107: ne *is* q. L. agr. II 68: ne *ei* q. Sulla 26: ne *ea* q. Quir. 11: ne *is* q. 51: ne *id* q. ib. ne *id* q. Har. resp. 38: ne *id* q. 40: ne *eo* q. Prov. cons. 42: ne *id* q. Piso 65: ne *id* q. Planc. 53: ne *id* q. Phil. IV 9: ne *ei* q. ipsi. Frgm. B. VI 47: ne *eis* q.

2) *Ne — quidem* amplectuntur pronomina *hic, iste, ille, ipse.*

Quinct. 53: ne *ipse* q. ib.: ne *hoc* q. Div. 44: ne *illud* q. 70: ne *hoc* q. Verr. I 2: ne *hoc* q. 6: ne *hoc* q. 87: ne *illud* q. 144: ne *illud* q. Verr. II 178: ne *illud* q. Verr. III 81: ne *illi* q. 93: ne *hoc* q. 98: ne *hoc* q. 132: ne *illud* q. Verr. V 20: ne *illud* q. 46: ne *illud* q. Tull. 50: ne *hoc* q. Caec. 47: ne *illud* q. Imp. Pomp. 17: ne *illud* q. Cluent. 50: ne *illi ipsi* q. 126: ne *ipsi* q. 155: ne *hoc* q Leg. agr. II 18: ne *hoc* q. 84: ne *illud* q. Rabir. 30: ne *his* q. Flacc. 74: ne *ipsi* q. Arch. 11: ne *ipsius* q. Dom. 105: ne *illum* q. Har. resp. 26: ne *hoc* q. Sest. 33: ne *isti* q. 118: ne *illud* q. Vatin. 35: ne *hoc* q. Piso 15: ne *illi* q. Milo 99: ne *hunc* q. *ipsum*

Phil. I 23: ne *illas* q. 25: ne *illud* q. Phil. II 10: ne *ipsius* q. ib.: ne *ille* q. 96: ne *iste* q. Phil. VII 15: ne *hos* q. Phil. VIII 5: ne *hoc* q. Phil. XII 29: ne *ipsi* q. Phil. XIII 13: ne *illud* q. Eodem referenda sunt Verr. II 124: ne *tantulum* q. Verr. IV 47: ne *unum* q. 54: ne *unum* q. Verr. V 165: ne *tantum* q. Caec. 58: ne *tantulum* q. Piso 42: ne *tantulum* q.

3) Sequntur ea exempla, in quibus pronomen demonstr. cum nomine substantivo ita coniunctum est, ut vi particularum *ne* — *quidem* pronomen demonstr. graviori ictu efferatur. Quo in usu rarissimum est pronomen *is*. Sex. Rosc. 2: ne *istius* q. laudis. Verr. a. pr. 22: ne *haec* q. — res — Verr. I 61: ne *haec* q. duo signa pulcherrima. Verr. II 141: ne *illud* q. genus pecuniae. Verr. III 175: ne *illam* q. defensionem. 210: ne *hos* q. mores. ib.: ne ex *his* q. hominibus. Verr. V 21: ne ex *illis* q. rebus. 40: ne *illam* q. infamiam. 46: ne *illa* q. communi vituperatione. 125: ne *hoc* q. iuris. Cluent 99: ne *illa* q. testimonia. Leg. agr. II 24: ne in *eis* q. magistratibus. 27: ne *unam* q. potestatem. Flacc. 77: ne *ipsi* q. patri. Sulla 6: ne *hic* q. Q. Hortensius 62: ne *haec* q. — virtus. Sen. 17: ne *unam* q. horam. Dom. 83: ne in *ipsa* q. rogatione. 126: ne *ista* q. ipsa calamitas. Har. resp. 11: ne *una* q. attigit litera. 33: ne in *illa* q. impunitate tua. Sest. 79: ne ex *eo* q. tempore. Prov. cons. 42: ne *haec* q. fuit iniuria. Planc. 58: ne *illum* q. Iuventium. Ligar. 12: ne apud *eum* q. dictatorem. Frgm. C. 8, 9, 10: et ne *illa* q. testimonia recito.

4) *Ne* — *quidem* amplectuntur *pronomen person.* aut per se positum aut copulatum cum nomine substantivo. Verr. II 164: ne in *suis* q. beneficiis. Caec. 37: ne *tuorum* q. quisquam. Cluent. 67: ne *sua* q. sententia. Catil. II 4: ne *vobis* q. omnibus. Flacc. 8: ne inter *suos* q. notus. Arch. 2: ne *nos* q. Sen. 31: ne in *suis* q. periculis. Planc. 62: ne *sibi* q. videtur. Milo 30: ne *se* q. Phil. III 21: ne *tu* q. Phil. V 33: ne *sibi* q. Frgm. B. XIII, IV, 2: ne in *suis* q. praediis.

5) *Ne* — *quidem* amplectuntur *pronomen adiectivum.* Div. Caec. 60: ne in *alio* q. Verr. II 57: ne *alium* q. Verr. V. 133: ne *singuli* q. Caec. 51: ne in *alia* q. ulla. Cluent. 9: ne ab *aliis* q. ullis. Catil. II 8: ne *ullo* q. in angulo. Frgm. B. VIII 10: ne *aliorum* q. iniurias.

Ex hac locorum descriptione centum viginti exempla eius usus particularum *ne — quidem* in orationibus Ciceronis numerantur, ut iis pronomen maximam partem demonstrativum maiori negationis vi efferatur. Crebrius etiam fit, ut his vocabulis nomen substantivum alteri orationis parti opponatur, cuius generis centum septuaginta tria exempla collegimus; sequuntur nonaginta octo verbi, pauca admodum nominis adiectivi, paucissima adverbii, quae cum viginti septem sint, *ne nunc quidem, ne tum (tunc) quidem* ita numero superat, ut semel et vicies reperiatur: Sex. Rosc. 78: ne *nunc* q. Div. Caecil. 40: ne *nunc* q. Verr. I 48: ne *nunc* q. Verr. II. 98: ne *tum* q. 159: ne *tum* q. Verr. IV 78: ne *nunc* q. Verr. V 6: ne cum in Sicilia q. fuit = ne *tum* q., cum in Sicilia fuit. 59: ne *tum* q. Muren. 36: ne cum esset factum q. = ne *tum* q., cum esset factum. Flacc. 76: ne *tum* q. Sulla 38: ne cum appellabat q. = ne *tum* q. cum appellabat. Dom. 13: ne *nunc* q. 82: ne *tunc* q. 97: ne *nunc* q. Piso 22: ne *tum* q. 27: ne *tum* q. 39: ne *tum* q. 81: ne *tum* q. Milo 88: ne cum solebat q. id facere = ne *tum* q., cum solebat id facere. Phil. II. 74: ne *tum* q. XI 18: ne *tum* q.

Sed plenas etiam enunciationes *ne — quidem* particulae amplectuntur. In his ad certum quendam numerum redigendis aliquot exempla secernenda esse supra videbantur, in quibus cum vox demonstr. ante relat. omissa sit *ne — quidem* vocabula suo loco mota esse pateat: Verr. IV 143. Verr. V 6. Caec. 73. Muren 36. Sulla 38. Milo 88. Segregatis quae modo attulimus exemplis haec restant eius usus, ut enunciatio aut plena et integra aut maxima eius pars *ne — quidem* particulis interponatur: Quinct. 59. 73. 96. Sex. Rosc. 46. 72. Verr. III 43. Verr. V 11. Leg. agr. II 41. Sulla 38. Dom. 88. Piso 65. 68. 97. Planc. 49. Phil. V 24. VIII 16. XII 4 (bis). 11. 16. XIII 34. Monendum tamen videtur his locis duodecies legi enunciationes condicionales, quarum stabilem ac constantem formam consuetudo sermonis finxit hanc: *ne si — quidem*. Wichert l. l. p. 260. 291. 410. Uno loco Phil. XII 11: si *ne* potest *q.* esse ulla pax — a solita forma recessum est, ut *potest* efferretur.

Restat, ut illud quaeramus, num in orationibus Ciceronis occurrant loci, in quibus *ne — quidem* non illam sententiae partem amplectantur, cui adici eas oportuerit, ut, cum parum apta his particulis interposita sint, logica quae dicitur perspicuitas imminuatur. Quem Wichertus p. 433 attulit locum

Verr. a. pr. 22: *sane* ***ne haec*** *mihi* ***quidem*** *res placebat* (ita Zumptius pro vulgata: ***ne haec quidem*** res mihi placebat), is in editione Kayseriana nihil habet offensionis: *sane* ***ne haec quidem*** *mihi res placebat.* Praeter hunc locum respiciendi sunt, quos supra iam attulimus: Verr. IV 143. Verr. V 6. Caecin. 73. Muren. 36. Sulla 38. Milo 88, in quibus omnibus *ne — quidem* particulae ob eam causam non suo loco positae esse videntur, quod ante pron. aut adverb. relat. vox demonstrativa omissa est, quae nisi excidisset, cum graviori vi efferenda fuisset, includi oportuit verbis *ne — quidem.*

His, quae modo exposuimus, annectendae esse videntur quaestiones quaedam gravioris momenti. Ac primum quidem in controversia est, possitne *nec* particula pro *ne — quidem* poni. De quo usu scriptorum posterioris aetatis cum nulla esse possit dubitatio, Reisigius l. l. p. 429 *nec* unquam idem esse ac *ne — quidem* negat, Madvigius ad Cic. fin. p. 816 sq. nunquam omnino meliores scriptores *nec* usurpavisse pro *ne — quidem,* Zumptius ad Verr. V 5, 11 Ciceronem certe in orationibus nunquam ita locutum esse monent. Nec Handius Turs. IV p. 105 ullum in orationibus Ciceronis eius usus exemplum se invenisse dicit praeter locum Catil. II 8 admodum incertum cf. Haase ad Reisig. n. 417. Ille tamen locus recte constitutus ita nunc legitur: *nemo non modo Romae sed* ***ne*** *ullo* ***quidem*** *in angulo totius Italiae oppressus aere alieno fuit.* Itaque cum alii loci non exstent hoc maneat, nunquam in orationibus Ciceronis *nec* inveniri pro *ne — quidem.* Idem valet de particulis *nec — quidem*, quas nunquam Cicero pro *ne — quidem* in orationibus usurpavit. Hand l. l. IV p. 145. 3. Madvig ad Cic. fin. p. 822 sq. Nec minus verum perstat illud, apud Ciceronem in orationibus nusquam *ne* particulam eodem sensu quo *ne — quidem* legi. cf. Reisig p. 587 et Haasii dubitationes de Cicerone et Caesare n. 494. Ribbeck l. l. p. 47.

Denique unum reliquum est, de quo pauca disputemus. Quaeritur enim in adicienda sententia per coniunctionem copulativam muteturne forma particularum *ne — quidem*? Non posuisse copulam Ciceronem aliosque scriptores optimos in media oratione, ne infringerent vim dictionis, Handius dicit Turs. IV p. 68. 15. Similiter Ribbeckius p. 46 monet perspicuitatem sententiae verbis *ne — quidem* expressae elevari non oportere infringenda *ne* particulae vi in *neque* sive *nec,* sed praefixis *atque ac et* id agi, ut per se constet

sententia nullius adiumento. Cum autem apud alios scriptores frequentissimae sint dicendi formae: *et ne — quidem, ac (atque) ne — quidem* (Weissenborn ad Liv. XXIII 30), in orationibus Ciceronis semel tantum invenimus ***et ne — quidem:*** Frgm. C. 8, 9, 10: *et ne illa quidem testimonia recito. Ac ne — quidem* quater legitur: Imp. Pomp. 17: ***ac ne illud q.*** Sulla 62: ***ac ne haec q. — virtus.*** Piso 27: ***ac ne tum q.*** Phil. XIII 13: ***ac ne illud q.*** — neque unquam aliter nisi in initio sententiae collocatum.
